



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Praxis Episcopalis

Piasecki, Paweł

Coloniae Agrippinae, 1620

De Visitatione Ecclesiae Cathedralis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61608](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61608)

Laicus suā familiam pro executione faciendā. *cap. Principes. cap. Administratores. 23. q. 5. ad hoc videri possunt. Anchar. in c. cū Episcopus. de off. ord. in 6. Dom. Franc. ib. Felin. in cit. cap. significasti. de off. deleg. Oldrad. conf. 86. Couar. pract. quæst. cap. 10. Diaz. in pract. crim. c. 153.*

5. Quod autem ad ordinem in ipsa Visitatione prosequenda seruandum atti-

net, antequam ipsa incipiat, promouendi sunt subditi generali per Ecclesias publicato edicto de visitatione celebranda, tempusque ipsius & locus à quo incipiendum sit, intimandus: cuius intimationis forma videri potest apud Ant. Resta. in suo Direct. visit. Reliqua autem in visitatione obseruanda, quo meliori methodo explicentur, distinctè de locis visitandis videamus.

ARTICVLVS II. De visitatione Ecclesiæ Cathedralis.

- 1 Cathedralis Ecclesia non potest defendi exemptione quo minus visitetur.
- 2 Episcopus potest assumere iurisperitos extraneos dum visitat Capitulum suum.
- 3 Canonici in receptione an possit exigi aliqua solutio.
- 4 Statuta Capituli debent esse rationabilia.
- 5 Fidei professio emittenda in receptione Canonicatus.
- 6 Archidiaconus & Scholasticus debet esse Doctor.
- 7 Episcopus non tenetur sequi consilium Capituli in assignandis ordinibus cuique prabende.
- 8 Canonicus antequam habeat ordinem sue prabende annexum non habet vocem in Capitulo.
- 9 Prabenda Theologica debet constitui in qualibet Cathedrali.
- 10 Distributiones vbi sunt sufficientes an possit pro illis detrahi tertia pars fructuum prabendarum.
- 11 Distributiones non debent dari nisi interessentibus in choro.
- 12 Vicarius absens à choro propter exercitium officij sui non lucratur distributiones quotidianas.
- 13 Vicarius Capituli Sede vacante an percipiat absens distributiones quotidianas.
- 14 Episcopus obtinens portionem Canonicalem censetur vt alius Canonicus.
- 15 Distributiones absentium an accrescant presentibus.
- 16 Distributiones quando lucentur absentes à choro.
- 17 Distributiones non computantur in valore beneficij.
- 18 Distributiones grosse quando debentur absentibus.
- 19 Canonicus non residens puniri potest alyis pœnis, quam amissione distributionum.
- 20 Canonicus licitè potest abesse per tres menses in anno à sua Ecclesia.
- 21 Beneficia curata adnexa Cathedrali Ecclesia, quomodo debeant prouideri.
- 22 Canonicatus Cathedralis cum curato non potest retineri sine dispensatione.

- 23 Episcopus non habens ius corrigendi Canonicos, potest monere vt Capitulum corrigat. & postmodum ipsemet corrigere potest.
- 24 Concubinary qua pœna puniendi.
- 25 Archidiaconus licet habeat iurisdictionem, non potest cognoscere de concubinato.
- 26 Canonici Cathedralis sunt Senatus Ecclesie.
- 27 Clerici non debent conducere pradia lucri gratia.
- 28 Clericorum habitus debet esse honestus.
- 29 Clericorum habitus quis sit proprius.
- 30 Clericus non deferens proprium habitum, quando incurrat pœnas.
- 31 Clericus non recitans horas Canonicas, quas pœnas incurrat.
- 32 Bona Capituli quomodo administranda.
- 33 Statuta Capituli potest cassare Episcopus, si fuerint irrationabilia.
- 34 Episcopus statuere potest vt quilibet ex Canonicis contribuatur quotam pro fabrica.
- 35 Capitulum tenetur explere onera Missarum per antecessores suos suscepta.
- 36 Missarum & anniuersariorum onera, quomodo possint moderari.

Rima itaque visitanda est Ecclesia Cathedralis. c. Rom. de cens. in 6. nec aliqua exemptione se tueri potest, quo minus visitetur. Conc. Trid. cap. 4. sess. 6. de ref. quo decreto derogatum esse exemptioni visitationis etiam immemorabili testatur Rot. decis. 744. p. 1. diuers. tanto magis si exemptio esset simplex. hæc enim non eximeret à visitatione. vt Socin. de visit. lib. 6. q. 14. Quare die præfixa visitationis adueniente, Clero comitante, cappa Pontificali super Rochetum indutus Episcopus, ad Ecclesiam Cathedralis descendere debet, ibique Missa de S. Spiritu per ipsummet Episcopum, siue eo impedito per aliquem insigniorem Prælatum celebrata, orationibusque ad eum usum in Pontificali Romano præscriptis recitatis, & sermone de utilitate visitationis & causis visitationis habito, ad particularem Ecclesie visitationem descendit. Host. in sum. de cens. nu. 16. vers. & in primis. Et primo Ciboriū, Altaria, Sacristiam, Vestes, apparamenta, & supellectilem Ecclesie,

num in decenti custodia teneantur reuidebit: circa quæ particulares animaduersiones videri possunt in direct. visit. Ant. Rest. cit. & nos infra de visitatione Parochialium Ecclesiarum aliqua attingemus, hic solū ea quæ peculiaria sunt in visitatione Cathedralis Ecclesie videamus.

Reuisis itaque præmissis, descendere debet Episcopus ad locum, in quo congregari solet Capitulum, cum omnibus Prælati & Canonicis illius Ecclesie ad sonum campanæ congregatis, adiuncto suo Notario, qui deberet esse Clericus. arg. tex. c. vt iuxta. de off. ord. & assumptis secum duobus iurisperitis, qui possunt esse externi, & non de gremio Capituli. arg. tex. extrauag. 1. de off. ord. comm. Conc. Trid. lo. sup. cit. & sess. 25. c. 6. de ref.

Tum faciet connotari per Notarium numerum Prælatorum & Canonicorum, & nomina singulorum, tum & qualitatem præbendarum, & quantitatem prouentuum earūdem: ac deinde quærere debet, quomodo Capitula sua celebrēt, quoties generalia, quoties particularia, & quo

R ordine,

ordine, & num ad pulsam cāpanā soleant congregari, nam hic mos in congregandis capitulis est seruandus. *c. in capitulis. de elect.*

3. Inquiret subsequenter num in receptione, installatione seu admissione ad possessionem Canoniciatum, præbendarum, vel distributionum, accipiant aliquas deductiones ex fructibus beneficij, seu solutiones, donatiua, lucundos ingressus, & si quo alio nomine vocentur: hæc enim non debent exigi. *c. Iacobus de Sim. nisi in pios vsus cōuertantur. cit. Conc. sess. 24. c. 14. de ref.* quam prohibitionem innouauit postmodum Pius V. Const. sua. Incip. *Durum nimis*, quam alio loco referemus.

An autem posset defendi consuetudo quod pars fructuum vacantis beneficij debeat fabricæ vel mortuo beneficiario vel alicui alteri, videri potest *Nau. conf. 1. de Sim. in antiq.* vbi respondet affirmatiuè *per tex. extrauag. suscepti. n. sed. vac. com. m.* sed in huiusmodi consuetudine taciùs esset habere priuilegium à Sede Apostolica, prout obtinuit à Leon. X. in *Conc. Lateran.* Regnum Poloniæ priuilegium, quod morientes in tribus primis mensibus anni habeant quartam partem prouentuum eius anni, in secundis tribus mensibus medietatem, in tertijs tribus mensibus tres partes, in quatuor reliquis integros prouentus eius anni habetur hæc Const. Leon. X. in *Constit. Prouinc. Poloniæ.*

4. Videre deinde debet qualia habeant statuta, & ne faciant recipiendos iurare de obseruando aliqua illicita vel Canonibus seu Decretis *Conc. Trid.* contraria.

5. Professionem fidei num exigant à recipiendis, hanc enim tenetur quilibet emittere assequutus Canoniciatū vel præ-

bendam, etiam si illam prius emiserit in manibus Episcopi, seu in manibus conferentis beneficium. *Conc. loc. cit. cap. 12.*

Archidiaconus, Scholasticus an sint Doctores seu Licentiati in Theologia vel iure Canonico, aliter enim illorum prouisio esset nulla. *Conc. loc. cit. & sess. 23. cap. 18. de ref.*

Inquirendum etiam est an quilibet officium suæ præbendæ adnexum exerceat, & si non habuerit quisque assignatum officium, ipse Episcopus assignare poterit aliquibus ordinem Præsbyteratus, aliquibus ordinem Diaconatus, Subdiaconatus alijs ordinem imponendo. *arg. tex. cap. in Ecclesia. de instit.* ita tamen vt ad minus dimidia pars Canonicoꝝ Præsbyteratus ordinem adnexum habeat, nisi fuerit loci consuetudo vt plures vel omnes sint præbyterici. *Conc. sess. 24. cap. 12. de ref.* Et in hac distributione ordinum licet Episcopus teneatur requirere consilium Capituli, illud tamen non tenetur sequi, ex allegatis supra alio loco, & per ea quæ dicit *Archid. Ioan. Andr. in cap. 1. de constit. in 6. Abb. in cap. cum nos. cap. nouit. de his quæ fiunt à Præl.* hocque censuisse fertur S. C. *Congreg. Conc.* quæ eadem Cong. e. respondit, ordinem assignandum esse non personis, sed canonicatibus, seu præbendis singulis, *causæ responsi verba sequuntur.*

Congreg. Conc. censuit debere Episcopum cum Consilio Capituli designare quibus Canonicatibus quisq. ordo adnexus esse debeat, non quibus Canonicis, quoniam Conc. sess. 24. cap. 12. mandat sacros ipsos ordines annecti Canonicatibus, non autem personis eos obtinentibus.

Assignatis autem huiusmodi ordinū officijs, non teneret collatio Canonica-

tus

3. tus facta illi qui non haberet ætatem quam ordo illius præbendæ annexus requirit, vel qui saltem infra annum ob ætatis defectum, ordinem illum suscipere non posset. *Felin. in cap. cum adeo. de rescript. & cit. Conc. sess. 22. cap. 4. & sess. 24. cap. 12. de ref.* Is etiam non posset habere vocem in Capitulo, antequam ordinem suæ præbendæ adnexum susceperit, & antequam promoueat, dimidia pars distributionum illi est subtrahenda. *Clem. 2. de etat. & qual. & si adhuc negligeret promoueri, posset priuari, vt notat gl. & Abb. in cit. Clem. num. 3.* Multo magis ille qui non haberet ad minus ordinem Subdiaconatus, carere deberet voce in Capitulo. *Hofst. in cap. ministerium. de off. Archipræs. Abb. in cap. in Ecclesia. num. 5. de institut. & in Clem. cit. & Conc. loc. cit. sess. 22. c. 4. de ref.* Neque Capitulum super hoc dispensare posset, nec Episcopus, vt notat gl. in cit. *Clem. v. concedatur. Abb. ib. num. 6. Nauar. conf. 7. de Cler. non resid. in no. posset tamen habere stallum in choro, domum seu præbendam optare, distributionum parte vti, & alijs Canonatus iuribus quæ non dependent à voce Capituli, nisi obstaret loci consuetudo contraria, vt notat gl. in cit. Clem. v. capitulo. & v. extunc. Card. ib. Abb. ib. num. 6. Gemin. in cap. vn. de Cler. non resid. in 6.*

9. Videndum præterea in visitatione, an obtinens præbendam Theologalem faciat functiones sibi incumbentes, & num sufficiens sit ad interpretandum sacrâ Scripturam per se ipsum, nã ad hoc tenetur. vt cit. *Conc. sess. 5. cap. 1. de ref.* Vbi autem non fuerit erecta præbenda Theologalis, curare debet Episcopus vt erigatur super præbenda proximo vacatura, & si fructus præbendæ non sufficerent pro hac fundatione, augeri posset

& sufficienter dotari annexione alicuius simplicis beneficij.

De distributionibus quotidianis aduertendum est, an aliquæ sint, an sint sufficientes, & ne sint ita tenues vt verisimiliter negligantur, tunc enim Episcopus ex fructibus Canonatuum seu præbendarum tertiam partem detrahere, & ad augendas distributiones applicare deberet. *cit. Conc. sess. 21. cap. 3. de ref.* Sed vbi essent distributiones sufficientes, non videtur posse detrahi tertia pars pro augendis distributionibus. tunc. n. cessaret ratio prædictæ legis Conc. consequenter lex ipsa cū à pari procedat lex & ratio legis. c. cōsuetudo. *dist. 1. cap. Marchion. 1. q. 1. Dyn. in Reg. certum. in 6. Anchar. in c. Canonum statuta. q. 4. princ. de constit. Dec. in Rub. de constit. lect. 1. nu. 29. Card. in Clem. 1. de iudic. Nisi in locis in quibus nulla esset consuetudo, vel statutum, quod non seruientes amittant partem aliquam fructuum suarum præbendarum: in istis. n. licet alias haberetur distributiones sufficientes, posset sequestrari prædicta tertia pars. *cit. Conc. sess. 22. c. 3. de ref.* nimirum in penâ & odium non residentium, vt clarè apparet ex *lex. Conc. cit.* quod odium æqualiter procedit etiam in locis habentibus alias sufficientes distributiones, cum æqualiter in illis quoque teneantur beneficiati ad residentiam. *id. Conc. sess. 24. c. 12. de ref.* consequenter æqualiter in illis quoque posset sequestrari tertia pars, atq; in alijs nõ habentibus sufficientes distributiones ante assignatâ tertiâ partem prædictâ.*

Eadem distributiones si fuerint tenues, augeri possunt per suppressionem aliquorum Canonatuum eiusdem Ecclesie de consensu patronorum si sint de iure patronatus, vel per vnionem aliquorum beneficiorum simplicium etiam extra ipsam Ecclesiam Cathedralem existen-

R 2 tium,

tium. *id Conc. sess. 24. cap. 15. de ref. vel absq; vnione per applicationem fructuum superabundantium alicuius Ecclesie, per ea qua tractant DD. in cap. 1. de rebus Eccles. non alien. & in cap. 1. eo. III. in. 6.*

Dicuntur autem distributiones quæ actu distribuuntur interessentibus. *vt gl. in extrauag. 1. v. in totum. comm. etiam si non soluuntur dietim, sed post longum tempus, dummodo in solutione habeatur respectus ad singulas horas interessentia. Archid. de Grass. decis. 275. Gem. & alij communiter. in cit. cap. vn. de Cler. non resid. in 6. & non dantur ratione præbendæ sed ratione interessentia & ministerij personalis. Imol. in 6. licet nobis. de præb. Oldrad. cons. 118. Bott. cons. 340.*

Diligenter itaq; Visitator inquirere debet an distributiones huiusmodi iuxta præscriptum iuris diuidantur, non nisi enim præsentibus & interessentibus dari debent. *cap. vn. de Cler. non resid. in 6. Gemin. Franc. Anchar. ib. Conc. loc. cit. cap. 12. Nec sufficit adesse in Ecclesia dum diuina peraguntur, sed oportet esse præsetem in choro quoad lucrandas distributiones. vnde nõ excusaretur Canonicus quo minus amittat distributiones si absit à choro dum horæ canonicæ decantantur, etiam si adesset tñ in Ecclesia eadem missam celebrando. Abb. in cap. cum olim. num. 3. de re iud. & fuisse declaratum à S. Congr. Conc. refert Gonz. super 8. Reg. Cant. in 7. S. proæm. num. 181. & num. 83. vbi refert eiusdem S. Cong. responsum, de Canonicis associantibus eorum Prælatus volentem audire missam in alia Ecclesia, quod non possint participare distributiones, nec censeantur pro interessentibus.*

Item & ratione trium mensium quibus licitum est abesse Canonico à sua

Ecclesia, non possunt dari distributiones, vt declarasse eandem S. Cong. in vna Toletan. die 2. Aug. 1584. testatur Paris. de resig. lib. 1. quest. 10. num. 65.

Neque debentur distributiones Vicario si non interfit occupatus in administratione iustitiæ, per ea quæ dicit Abb. de duobus Canonicis morantibus in seruitio Episcopi. *in cap. de cetero. de Cler. non resid. Rot. decis. 222. p. 2. diuers. Nauar. cons. 11. de Cler. non resid. in antiq. licet secus sit de Vicario Capituli se de vacante. vt Pauu. de po. cap. sed. vac. p. 2. quest. 10. quia nimirum iste est propriè in seruitio Ecclesie, non autem Vicarius Episcopi, qui censetur magis in seruire Episcopo suo, quam Ecclesie. vt Rot. loc. cit. & Mohed. decis. 356. alias 4. de off. Vic. alios tamen fructus beneficiorum suorum lucratur Vicarius in absentia. vt DD. in cit. c. de cetero, & in c. ad audientiam. de Cler. non resid. & videri potest Alex. Monet. in tract. de distrib. quotid. p. 2. quest. 11. qui etiam Vicarium cap. sede vac. non debere participare ex distributionibus quotidianis in absentia, multis probat & ad hoc optimum. arg. tex. cap. cum non deceat. de elect. in 6. vbi absentes in negotijs Capituli percipiunt quidem fructus solitos, non tamen distributiones quotidianas, nisi iuuentur loci consuetudine. vt Archid. in cap. vn. cit. de Cler. non resid. in 6.*

Episcopus quoq; obtinens portionem Canonicali nisi interfit choro non potest percipere distributiones quotidianas, quoad omnia enim reputari tñ debet vt Canonicus, & sedere debet inter Canonicos in loco sua promotionis. *c. postulastis. de concess. præb. cap. à collatione. num. gl. v. prælatus. de appell. in 6.*

Neque debentur distributiones interessentibus per modicum tempus, omnibus

bus enim choris tenentur interesse Canonici, & per omnes horas debet fieri compartitio distributionum. *Clem. 2. iun. gl. v. certis horis. de atat. & qual. Card. ib. Nau. conf. 8. de Cler. non resid. in antiq.*

Non potest etiam Episcopus neque Capitulum remittere amissionem distributionum, *vt patet ex tex. Conc. loc. cit. in illis verbis (quavis collusionis aut remissione exclusi)* quod etiam notat *Nau. loc. sup. cit. conf. 9. Menoch. de arb. iud. cas. 429. num. 6.*

25. Distributiones autem huiusmodi quibus priuantur absentes accrescere debent presentibus, si sit consuetudo loci, *gl. in cit. Clem. 2. de atat. & qual. v. pars dimidia.* si nimirum sit consuetudo vt inter presentes diuidatur tantum, puta. 12. alioquin si sit solitum vt cui libet interessenti dentur 3. verbi gratia, licet absint aliqui non debet dari amplius, sed cedit absentium fors Ecclesie. *Abb. in cit. Clem. num. fin. Card. Imol. ibid. Couar. lib. 3. var. ref. cap. 13.* Quod idem tenendum est de distributi onibus assignatis in tertia parte fructuum prebendarum ex ordinatione *Conc. Trid.* istae enim diuersae sunt ab alijs distributionibus Ordinarijs, vt notat *Staphil. de lit. grat. tit. de form. expet. num. 47. Rot. decis. 270. p. 2. diuers.* & pro parte absentium non accrescunt presentibus, sed debent conuerti in utilitatem Ecclesie, vel alteri pio loco arbitrio Ordinarij applicari. *id. Conc. sess. 22. c. 3. de ref. vbi nimirum adfunt distributiones aliae, praeter istas ex tertia parte; alioquin vbi non adessent vel esset tenues, istae ex tertia parte deberent accrescere interessentibus, vt declarasse S. Cong. Conc., testatur *Rot. decis. 325. p. 2. diuers. ad conciliatione. c. 3. sess. 21. & 22. sess. 3. Conc. Trid. de ref.**

26. In casibus tamen qui sequuntur, etiam

absens lucrari posset distributiones quotidianas. Vt si aliquis abest pro exercitio curae animarum incumbens ipsi Capitulo, vel qui abest pro negotijs Capituli. *cap. ex parte. 2. de Cler. non resid. Nau. lo. cit. conf. 10. Couar. lo. cit. n. 8. cit. conc. sess. 22. cap. 3. §. quod si. de ref.*

Poenitentiarius quoque interim dum confessiones audit, censetur pro praesente in choro, nec amittit distributiones. *cit. Conc. Trid. loc. cit. cap. 8.*

Similiter & Theologus, seu Lector sacrae Scripturae eo tempore quo legit pro praesenti habetur, vt declaratum fuisse a Sac. Congregat. Concil. coram Gregorio XIII. testatur *Gonz. loco sup. cit. num. 180.*

Infirmus etiam infirmitate durante participare debet ex distributionibus quotidianis, etiam si culpa sua fuerit factus infirmus. *cap. vn. de Cler. non resid. in 6. Franch. Gemin. vb. si nimirum dum esset sanus, fuerit solitus frequentare chorum & habere distributiones. Abb. in cap. 1. de Cler. agr. num. 6. & in c. ad audientiam. num. 5. de Cler. non resid. Felin. in c. Apostolica. num. 17. de except. & si talis sit infirmitas cum qua sine laesione corporis periculo non posset adesse in choro; item que si decumbat in ciuitate seu loco vbi sita est Ecclesia. *Couar. loc. cit. a num. 8.**

De senio autem confectis & in specie de consuetudine Ecclesie Compostellae in qua senio confecti, & qui per quadraginta annos Ecclesie deseruerint, postmodum tanquam rude donati, censentur semper pro praesentibus, participantque ex distributionibus quotidianis, respondit *Greg. XIII. statutum seu consuetudinem huiusmodi esse tolerandam, quod responsum habuimus ex bona copia desumptum.*

Suspensio item, interdictio, excommunicato iniuste, vel in exilium relegato debentur distributiones. *Felin. lo. sup. cit. & in cap. cum omnes. de const.* Similiter & carcerato, licet propter violenter suspicionem de patrato crimine fuerit carceratus, dummodo postmodum declaratur ipsius innocentia, siue primi, siue appellacionis Iudicis decreto, & solitus fuerit dum esset liber frequentare chorum. Hoc idem dicendum de vi detento, non solum vi de facto illata, sed etiam probabiliter prauiusa, sicut & de impedito quacunq; necessitate corporis. *Ioan. Mon. Philip. Prob. Dom. Gem. & cõmuniter DD. in cit. c. vn. de Cler. non resid. in 6. & Nau. lo. cit. conf. 9. Couar. lo. cit.*

Mortuaria quoque seu portiones funerales, quæ pro anniuersarijs mortuorum dari solent, cum æquiparentur distributionibus quotidianis, participare debere carceratum vult *Lap. & Gem. in cit. c. vn. in 6.*

In adiudicatione quoq; fructuũ beneficiato, qui prouisus de beneficio non fuit admittus ad possessionem beneficij, & licentiam obtinuit, veniunt distributiones quotidianæ, nimirã si iste beneficiatus protestatus fuerit de repetendis distributionibus, si non admitteretur ad possessionem beneficij & interessentiam in Ecclesia. *Mohed. decis. 109. alias 6. de prab. Rot. decis. 618. p. 1. & decis. 1170. p. 3. lib. 3. diuers. licet alias distributiones quotidianæ non veniant regulariter appellacione fructuum. Philip. Prob. in cit. c. vn. de Cler. non resid. in 6. Ioan. Andr. ib. Nec constituatur super illis pensio. Felin. in cap. ad aures. de rescrip. nisi expressè nominentur, vel adsit consuetudo. Mandos. de signat. grat. v. pensiones. col. 8. Achil. de Grass. decis. 120. alias 8. de pens. Neque debetur ex illis charitatum subsidium.*

Bellenc. de charit. subsid. quæst. 76. Lap. alleg. 136. neque decima Papalis. Mandos. lo. cit. Gem. conf. 85. quos etiam allegat Paris. de rescrip. lib. 6. quæst. 2. nu. 31. Neque contributio pro seminario debetur ex distributionibus quotidianis, vt consuluisse. cit. Mandos. conf. 15. refert Gonz. sup. cit. in 8. Canc. S. 7. prowm. num. 170.

Neque computantur distributiones quotidianæ in valore beneficij circumimpenetrationem. *Rot. decis. 134. in no. & decis. 406. & 765. in antiq. & decis. 5. nu. 7. p. 2. diuers.* licet cõputetur tertia pars quæ admittitur absentibus, quia nimirum hæc censetur de corpore beneficij. vt *Staphil. de lit. grat. tit. de for. expect. num. 47. Oldrad. conf. 118. Ces. de Gras. decis. 120. alias 9. de prab. Rot. decis. 270. p. 2. diuers.* vbi dat differentiam inter distributiones & tertiam partem.

Aliæ autem distributiones quæ dantur in fine anni, vel certo aliquo tempore residentibus, licet non ingrediantur Ecclesiam, non dicuntur proprie distributiones. *extrauag. cum nonnulli. §. præterea. de prab. comm. Gemm. Archid. Philip. Prob. & alij DD. in cit. c. vn. de Cler. nõ resid. in 6. Caputaq. decis. 29. p. 1. Casfad. decis. vn. de Cler. non resid. Mohed. decis. 182. apud quos videre licet distinctiones huiusmodi distributionum.*

Istæ itaque distributiones quamuis non debeant quoque dari nisi presentibus, facilius tamen dantur: præsertim ex iusta causa absentibus, vt studiorum causa absentibus. *cap. inter quatuor. de Cler. non resid. cap. licet vobis. de prab. Innoc. ib. Calder. conf. 1. de Cler. non resid. detracta nimirum tertia parte pro interessentibus iuxta præscriptum cit. Conc. Trid. vt respondisse Sac. Cong. Conc. refert Quarant. in sua sum. Bullar. v. residentia. bis verbis.*

Cong.

Cong. censuit Canonicum absentē studiorum causa percipere quidem fructus prabendæ, non autem distributiones quotidianas: quod si in huiusmodi distributionibus omnes Capituli reditus consistant, percipere etiam distributiones, dempta tertia parte quæ inferuentibus accrescit.

Similiter & duo Canonici morantes in seruitio Episcopo, distributiones huiusmodi percipere possunt in absentia. *cap. de cetero. c. ad audientiam. de Cler. non resid. Nau. conf. 11. de Cler. non resid. in antiq.*

Et absentes in negotijs Capituli. *cap. cum non deceat. de elect. in 6. & Vicarius Episcopi seu Capituli, vt supra diximus.*

Non solum autem subtractione distributionum puniendi sunt absentes: sed & seruitio Ecclesie suæ, sed etiam alijs poenis crescente cōtumacia puniri possunt, videlicet sequestratione particularium fructuum prabendæ, pro prima contumacia dimidia parte fructuum, pro secunda totis fructibus, tum censuris Ecclesiasticis, & alijs iuris remedijs, ad extremum etiam priuatione ipsius beneficij. *Conc. Trid. lo. cit. sess. 24. c. 12. de ref. & non statim incipiendum à priuatione, sed seruandi isti gradus enumerati à Conc. lo. cit. quod etiam processisse de iure antiquo videri potest apud Abb. in cap. ex tua. num. 6. de Cler. non resid. Et debet præcedere trina citatio, nec sufficit vna pro tribus, vt Abb. lo. cit. Felin. in cap. consuluit. num. 13. de off. deleg. & si scitur vbi moretur abiens, debet citari personaliter. *cit. Abb. conf. 67. p. 1. Felin. in cap. cū contingat. de rescrip. Rot. decis. 770. in antiq. alioquin priuatio esset nulla. Aem. Veral. decis. 114. p. 1. Si tamen nescitur vbi sit, vladeo longè**

distet, vt commodè personaliter citari non possit, debet citari tribus distinctis citationibus, per publicationem citationum in Ecclesia sua, & post lapsas citationes debet expectari sex mensibus. *cap. ex tua. cit. Abb. ib. num. 10. & cit. conf. 67.*

Censetur autem abesse quis, etiam si maneat in ciuitate vbi sita est Ecclesia, sed non inferuit nec frequentat Ecclesiam, vt potest puniri prædictis poenis, vt declaratum legitur à Sac. Cong. his verbis.

An puniendi sint qui à seruitio Ecclesie absunt, quamuis vbi ipsa Ecclesia consistit sint presentes.

Cong. censuit esse puniendos.

Ad eandem residentiam etiam Collegiatarum Ecclesiarum Canonici tenentur, vt clarus text. *Conc. lo. cit. cap. 12. sess. 24. & fuit declaratum à S. Cong. Conc. in vna Comen. Ann. 1598. die 5. Iulij in hæc verba.*

Cong. censuit Canonicos Ecclesiarum Collegiatarum etiam in oppidis non insignibus existentium, teneri ad residentiam, nisi essent collegiatae rurales prorsus destructæ, aut in quibus nunquam antea supra hominum memoriam solitum esset residere, & quarum Canonicatus ea essent fructuum tenuitate, vt qui eos obtinerint, nec ex eis alii possint, nec aliunde habeant vnde commodè viuant.

Tres tamen menses in anno licitum est abesse, tam in Cathedrali quam in collegiata, nisi obstat particularis loci consuetudo vel statutum. *Conc. lo. cit. qui tres menses computari debent, siue ex vna absentia, siue ex pluribus interpolatis, nec requiri licentiam ordinarij pro absentia trium mensium fertur declaratum à S. Cong. Conc.*

Ultra tres etiam menses abesse licitum.

eam videtur cum licentia Ordinarij, quā ipse concedere potest ex causa rationabili. *vt c. inter quatuor. de Cler. non resid. & c. vn. eo. tit. in 6. cui facultati non apparet alicubi derogatum.*

Inquirendum est præterea Visitatori, an aliqua Ecclesiæ curam animarum adnexam habentes, vnita sine Capitulo, & quomodo administrentur, & prouidendum, ne ipsemet Canonici per ordinem in illis curam exerceant, sed potius assignent Vicarium, seu Commendatariū perpetuum pro exercitio curæ, assignata ipsi iusta portione fructuum. *cit. Cōc. sess. 7. cap. 7. de ref. cap. extirpanda. S. qui vero de præb. Rebuff. in prax. de non prom. intr. an. num. 68. non posset tamen Capitulum constituere Vicarium huiusmodi propria autoritate, sed cum scitu Episcopi, cuius arbitrio hoc commisit. edem Conc. lo. cit. cap. 5. quod etiam notat Nau. conf. 9. num. 7. de præb. in antiq. Quota autem pars fructuum debeat assignari pro Vicario, ordinauit Conc. lo. cit. vt nimirum tertia pars assignetur, vel maior seu minor arbitrio Episcopi, quam ordinationem Concilij postmodum declarauit, & alia necessaria circa eandem assignationem ordinauit Pius V. Const. sua, quæ sequitur.*

Pius Episcopus, Seruus Seruorum Dei ad perpetuam rei memoriam.

Ad exequendum officij Pastoralis debitum, & infra. Motu proprio, & ex certa nostra scientia autoritate Apostolica, hac nostra perpetuo valitura constitutione statuimus, & ordinamus, ac declaramus, quemadmodum etiam de ipsius Concilij mēte fuisse colligimus, Patriarchas, Archiepiscopos, & Episcopos

præfatos in assignatione portionis ipsis Vicarijs, perpetuis ex prædicto Concilio ipsorum Prelatorum arbitrij faciendo, ita se continere & arbitrari debere, vt non maior centum, nec minor quinquaginta scutorum annorum summa computatis omnibus, etiam incertis emolumentis, & alijs obuentibus communiter percipi solitis, eis omnino assignetur, nisi Vicarijs temporarijs solitum fuisset plus assignari, siue in quantitate aut quota fructuum pecuniarum, numerata a fundo, seu alia re stabili portio huiusmodi constituatur, cuiuscumq; valoris Parochialis Ecclesia vnita fuerit, & habita etiã ratione reddituum & onerum loci, cui Parochialis ipsa vnita fuerit, ita quod portiones vltra vel infra dictas summas scutorum centum, & scutorum quinquaginta hactenus assignata, vel in posterum forsitan assignanda, quoad excessum & defectum huiusmodi nullius roboris & momenti existant, & ad summas prædictas reducta, & aucta respectiue censeantur, nisi tamen valor annuus ipsius Parochialis vnita habita ratione (vt præfertur) minor sit quinquaginta scutis, quo casu portioq; assignata, vel assignanda Vicario perpetuo, non debeat excedere summam annuam valoris dictæ Parochialis, sed sufficiat quod omnes fructus eius duntaxat attribuantur ipsi Vicario perpetuo. Et quoniam iniquum esset eos qui commodis priuantur, eadem onera quæ prius sustinebant debere sufficere. Volumus & statuimus quod Ecclesia, Monasteria, Collegia, beneficia & pia loca huiusmodi, in quorum Parochialibus Ecclesijs vnitis contingat, Vicarias prædictas erigi, pro quantitatibus fructuum ipsis

ipsis Vicarijs perpetuis assignatorum ad solutionem Quindenniorum, quam nobis & Camera Apostolica solunt, ulterius non teneantur, sed eis detractio fiat ad ratam certorum, qua de fructibus dictarum Parochialium percipiuntur. Ita tamen quod Vicarij perpetui qui pro tempore deputabuntur, teneantur accipere à Sede Apostolica nouam prouisionem sua deputationis, & soluere Annuatam proportionem fructuum, reddituum, & prouentuum certorum sibi assignata, & expedire literas Apostolicas, nec alias ad possessionem dictarum Vicariarum perpetuarum, & seruitium earundem Parochialium admitti possint, nisi soluta annuata, & expeditis literis Apostolicis noua prouisionis ut praefertur, alioquin integrum quindennium solui debere, nec Vicarij praedicti antea tuta conscientia fructus percipere possint. Volumus super, & ita mandamus, quod dicti Vicarij perpetui, non ad liberam ordinariam electionem, sed ad nominationem eorum, in quorum Ecclesijs vnitis ponentur, cum ipsorum Ordinariorum seu eorum Vicariorum prauio examine approbatione deputentur. Et si dictae Parochiales vnita erunt Monasterijs Regularium Mendicantium, possint à superioribus dictorum Monasteriorum nominari ex ipsis mendicantibus, quos si ordinarij prauio examine per se, aut eorum Vicarios faciendo idoneos ad curam animarum exercendam inuenerint, & ita pro idoneis approbauerint, teneantur in Vicarios (ad natum tamen superiorum suorum amovibiles) deputare. Idemq; etiam seruetur in Regularibus Monachis tantum, dummodo in ea Parochiali, in qua vnus

ex eis Monachis fuerit seruata forma praedicta Vicarius deputatus, habitent cum eo saltem quatuor alij ex dictis Monachis. Sicq; per quoscunq; Iudices quavis auctoritate fungentes, sublata eis & eorum cuiilibet, quavis aliter iudicandi & interpretandi potestate, iudicari & interpretari debere. Nec non irritum & inane decernimus, quicquid secus à quoquam quamuis auctoritate attentatum forsitan est haectenus, vel in posterum contigerit attentari. Non obstantibus constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, ceterisque contrarijs quibuscunq;. Volumus autem quod praesentes literae in Cancellaria nostra Apostolica, & ad valuas Principis Apostolorum de vrbe de more publicentur, & inter constitutiones perpetuo valituras describamur. Et quia difficile foret eas ad singula quaeq; loca deferri, quod earum transumptis etiam impressis manu alicuius Notarij subscriptis, & sigillo alicuius Praelati munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, qua praesentibus adhiberetur, si forent exhibitae vel ostensa. Nulli ergo, &c. Dat. Rom. apud S. Petrum anno Incarnationis Dominicae. 1567. Kal. Nouembris, Pontificatus nostri anno Secundo.

Cæ. Glorierius.

H. Cumyn.

Ipsi quoque Canonici, si aliquam animarum curam suis praebendis particularibus annexam habent, videndum est, ne in illa exercenda negligentias committant.

Si autem aliquis haberet in titulum beneficium curatum separatim à Canoniacu, deberet docere de dispensatione: curatum enim beneficium cum Canoniacu Cathedralis Ecclesiae, est omnino

S

10-

incompatibile, nec potest retineri simul
vtrunque sine dispensatione. *Conc. lo.
cit. sess. 24. c. 17. de ref. vnde & compelli
posset incompatibilia obtinens, vtdo-
ceat de dispensatione. c. ordinarij. de off.
ord. in 6. DD. ib. communiter. & Abb. in
cap. cum nostris. de concess. præb. in fin.
Aem. Veral. decis. 377. p. 2.*

Præcipuè autem elaborandum est Vi-
sitatori, vt de morum & vitæ Clerico-
rû honestate se bene informet, & si quæ
contraria Ecclesiasticis institutis inue-
nerit, corrigat. Vel si ius corrigendi ex-
cessus Capitularium aliquo iure vel cõ-
suetudine fuerit penes Capitulum, de-
beret saltem monere Capitulum, vt cor-
rigenda corrigat, & præfigere terminû
correctioni, & si intra terminû assigna-
tum Capitulum non corrigeret, posset
23. ipsemet Episcopus corrigere. *cap. irrefragabili. de off. ord. potest enim Episcopus
supplere negligentiam Capituli
hoc modo, & alterius cuiusvis inferioris
habentis iurisdictionem in ipsius Dicecesi,
vt notat Abb. in cit. c. irrefragabili. a. n. 1.*

Et circa morum honestatem vltra ea,
quæ de persona Episcopi supra retuli-
mus, quæ etiam inferioribus Clericis
adaptari possunt, vt patet ex ipso textu
supra relato, à sacris quoque Canonibus
ordinatum est, vt Clerici ebrietates vi-
tent, tabernas ne frequentent, aleas, ta-
xillos ne ludant, negotiationes, artes
mechanicas, sæculariaq; negotia ne ex-
erceant, mulieribus ne cohabitent, quæ
enumerantur apud Host. in sum. de vit.
& honest. Cler. num. 2. Et de concubina-
rijs quidem videndum est decretû Conc.
Trid. sess. 25. c. 14. de ref. vbi tales si post
primam monitionem non respuerint,
tertia parte prouentû, & si adhuc per-
seuerauerint, totis fructibus & suspensio-
ne, & si nec tunc se correxerint, priua-
24. tione beneficiorum, & demum si inter-

missum consortium mulierum inhõne-
starum repetierint, excommunicationis,
si verò beneficia non habuerint, carceris,
suspensionis, inhabilitatis ad obti-
nenda beneficia, seu alijs pœnis puniri
decreuit, nulla appellatione obstante:
idque summarie, & sine figura iudicij
cognitionemq; causarû huiusmodi non
ad Archidiaconos, aut alios inferiores,
sed ad solum Episcopû pertinere voluit.
Episcopus verò ipsos, si moniti à Conc.
Prouinciali se non emendauerint, ipso
facto suspensos, & si adhuc perseueraue-
rint ad Sedem Apost. deferendos mādauit.

Et hæc vitia tanto magis in Canonicis
Cathedralis Ecclesiæ euitari debent, cū
illi sint norma totius Cleri, & Senatus
Ecclesiæ, & faciūt vnum corpus cum E-
piscopo. *Abb. in c. nouit. de his que fiunt à
Prel. & sunt membra Episcopi. Achil. de
Grass. decis. 57. aliàs. 2. de off. ord. appel-
lanturq; Fratres Episcopi. Abb. lo. cit. nu.
3. Jus. de visit. lib. 1. c. 15. n. 2. & veniunt
appellatione dignitatis Canonici Ca-
thedralis Ecclesiæ sublata significatione.
Aemil. Veral. decis. 84. p. 1. Achil. de Grass.
decis. 17. sen. 1. de rescrip. Paris. de resig.
lib. 2. q. 1. n. 103. vnde Visitator inquirere
debet, an aliquis circa præmissa culpabi-
lis inueniatur.*

Administrationes seu procuraciones
domorum Sæcularium suscipere non de-
bent. *c. credo. 21. q. 3. Neq; Testamentorû
tutionem. c. Episcopus. 88. dist. nec Ad-
uocari causaurû, neue fideiussores pro
aliquo fiant. c. te quidem. 11. q. 1. iun. gl. v.
ne fideiussor. quæ limitat vt Clericus fi-
deiubere possit pro Ecclesia sua, vel si
subueniendam sit alicui in casu grauis
necessitatis, tunc enim ex pietate recu-
sare non posset. c. non satis. dist. 86.*

Prædia quoq; conducere non debent,
vt colant lucri gratia. *c. fin. 86. dist. c. de-
creuit. 88. dist. cit. c. secundum. ne Cler. vel*

Man.

27. Mon. si tamen aliquis egeret, posset cōducere ab Ecclesia seu alijs Clericis, ex sententia. Innoc. in c. secundum. cit. Licet enim Clerico pauperi aliqua negotiatione honesta victū quærere. c. Clericus victum. 91. dist. Abb. in c. Clerici. 2. num. 3. de vit. & hon. Cler.

28. Ad vitæ honestatem pertinet, quod Clerici iubentur deferre habitum & tonsuram Clericalem. cit. c. de Clerici. 2. de vit. & honest. Cler. & Clem. 2. eo. tit. cit. Conc. sess. 14. c. 6. de ref. Nouissimè autē contra non deferent es habitum Clericalem, emanauit Const. Six. V. de an. 1589. de die 5. Ian. vt sequitur.

Cum Sacrosanctū & infra. Hac nostra perpetuè valitura constitutione precipimus & mandamus omnibus, & quibuscumq; Clericis non solum in Sacris, sed etiam in alijs minoribus ordinibus constitutis, & Clericali tantum tonsura insignitis, & nedum beneficia Ecclesiastica quacumq; etiam simplicia nunc & pro tempore obtinentibus, & in illis vel ad ea ius habentibus, verumetiam pensiones super quibus fructibus, redditibus, aut proventibus quarumvis Patriarchalium, Primatialium, Metropolitanarum, Cathedralium, & aliarum quarumcumq; Ecclesiarū seu Abbatialium, Capitularium & Conuentualium mensurarum, nec non Monasteriorum, Præpositurarum, Præpositariuum, Priorariuum, Præceptoriarum, Hospitalium, Canoniceatuum, Præbendarum, Dignitatum, Personatum, Administrationum, Officiorum, & beneficiorū quorumcumq; Ecclesiasticorum Secularium, & quorumvis ordinum Regularium, seu illorum distributionibus quotidianis, ac iuribus, emolumentis, & obuentibus vniuersis sibi reseruat, aut fructus ipsos, prædia,

aut bona Ecclesiastica loco pensionum sibi assignatos, vel assignata, ex quacumq; concessione seu dispensatione Apostolica percipientibus, etiam coniugatis, præsertim si de Clerici coniugati iuxta Const. pia memor. Bonif. PP. VIII. Prædecessorū nostri in Conc. Trid. innouatam priuilegijs Clericalibus vi velint, tam in Rom. Curia degentibus, quā extra eam vbi libet gentiū, & locorum constituti, vt ipsi & eorū quilibet quantumvis exempti existant, & quouis priuilegio vel immunitate gaudeant, quacumq; dilacione aut tergiversatione postposita, debeant omnino qui in vrbe presentes fuerint, intra 15 dies, qui verò citra mōtes, intra quatuor menses, qui deniq; ultra mōtes constituti sunt, intra octo menses à die publicationis presentium literarum in Rom. Cur. faciendæ, tonsuram & habitum Clericalem, vestes sc. salares, aut milites infradicendi, quibus pensiones aut fructus aliaū bona Ecclesiastica reseruata sunt, sua militia cōuenientē quacumq; remota excusatione assumere, & iugiter deferre. In futuro autē non nisi actu Clerico in habitu Clericali, & tonsura & militib; infra dictis in militari incedentibus, sua militia propria aut quacumq; Ecclesiastica etiā simplicia beneficia respectiue conferantur, aut cōmendentur, aut pensiones fructusue, aut bona Eccles. reseruentur, alioquin ipsos & ipsorū quolibet, qui quoad gestandū habitū Clericalem & militarem supradictū lapsi huiusmodi tēpore eorū vnicuique, vt sup. dictū est præfixo, nostris huiusmodi præcepto & mandato, nūc & in posterū perpetuis futuris tēporib; cū effectu nō obediuerint, præter alias pœnas, contra eos inflictas, etiā quibuscumq; dignitatib; administrationib; officijs, Canonic. & præ-

bendis, ab beneficijs etiã simplicib. & praestimanjs per eorum quemlibet in titulũ, commendam vel alas pro tempore obtentis, nec non pensionibus & fructibus, ac praedijs bonisq. Ecclesiasticis huiusmodi quocunque modo eis reseruatis, vel reseruandis, omninq. iure sibi in eis, vel ad ea quomodolibet competenti, harum serie excerpta nostra scientia, deq. Apostolica potestatis plenitudine priuamus, ac sine vlla alia munitione, citatione, Iudicis decreto, aut ministerio ipso facto priuatos declaramus, ac tam beneficia ipsa per priuationem huiusmodi vacare, liberẽ alijs conferri posse quam etiam pensiones cassatas extinctas esse, & fore, ac fructuum & aliarũ rerũ reseruaciones cessare, & quemquam vltius ad illorum solutionem minime teneri, & non ob solutionẽ censuras & pœnas aliquas incurrere non posse, nec debere decernimus: ipsasq. dignitates, personatus, administrationes, officia, nec nõ Canonicatus & praebendas & beneficia sic pro tempore vacantia, collationi, prouisioni & dispositioni nostrae & Romani Pontif. pro tempore existentis perpetuo reseruamus. Statuentes his in praemis vniuersis & singulis per quoscunq. Iudices, & Commissarios etiam causarum Palatii Apostolici Auditorios, & S. R. E. Cardinales, sublata eis & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi & interpretandi facultate, in quauis causa & instantia iudicari & definiri debere; Nec non irritum & inane quicquid secus super his à quoquã quauis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit, attentari. Ceterum milites quarũuis militiarum sub regulã aliqua approbata Canonice institutorum; vel alios Rom. Curiae Officiales, qui non vti Cle-

rici, sed potius tanquam Milites iuxta: privilegia & dispensaciones Apostolicas eis in genere vel in specie per nos aut praedecessores nostros nominatim concessa, & sub sel. recor. Pij P. ap. V. praedecessoris nostri cõstitutione quae incipit: Sacrosanctum; &c. huiusmodi priuilegiorum forsã reuocatoria minime comprehensa, beneficia militia quam professi sunt regularia obtinent, seu pensiones super quibus suis fructibus, redditibus, & prouentibus Ecclesiasticis, etiam praedictarum Ecclesiarum, & beneficiorum Sacularium, aut fructus ipsos sibi reseruatos percipiunt, aut obtinebunt, vel percipient in futurum, siue Clericali caractere insigniti sint, siue non sint; qui verò Clerici sunt; etiamsi ab initio tempore reseruacionis pensionum seu fructuum huiusmodi regularem habitum nondum suscepserint; nec militijs officiorum Romanae Curiae ascripti fuerint, sed post factas eorum cuiq. obseruaciones, ante vel post publicationem praesentis cõstitutionis milites effecti extiterint, sub praescripto & mandato praefatis de habitu & tonsura Clericali deferendis, nolimus comprehendere, sed ijs permittimus, vt regulari habitu militia quam professi sunt conuenienti, vel si ipsi milites Roma. Cur. Officiales fuerint, qui pensiones aut fructus aliaq. praedia aut bona Ecclesiastica ex dispensacione, seu privilegio Apostolico percipiant, habitu militari supra scripto absq. alicuius censura, vel pœna Ecclesiastica incursum licite vti valeant, & nihilominus tam beneficia sua militia regularia retineant; quam etiam pensiones super Ecclesiarum & beneficiorum praedictorum etiam seculariũ fructibus, seu bona vel fructus praefatos sibi pro tempore

Reservatos percipiāt. Non obstantibus, &c.
 Quae constitutio fuit postea ab
 eodem Pont. moderata & de-
 clarata, alia sua Const. anni
 eiusdem pridie Kal. Febr.

vt sequitur.

Pastoralis & infra. Omnibus & quibus-
 cūq; Clericis tam in Romana Curia
 quam extra eam vbi libet gentium &
 locorum constitutis, qui pensiones, fructus,
 aut pradia vel bona Ecclesiastica sibi in
 vna vel pluribus vicibus reservata & cō-
 cessa, summam seu valorem annuum 60.
 Ducat. auri de Camera, insimul non ex-
 cedentes, seu excedentia percipiunt aut
 percipient in futurum. Ac praeterea nos-
 tris familiaribus nobis in quibusdam in-
 ferioribus ministerijs, quales sunt, qui a
 pedibus seu paraphrenarij mensa dispo-
 sitores, aut credentarij; aut dispensato-
 res vulgo dicuntur, & alijs similibus ser-
 uitijs actu ministrantibus, quicq; in futu-
 rum inseruient, nec non quibusuis no-
 strorum infirmorum familiarium, actu
 nobis in Palatio nostro Apostolico inser-
 uientium familiaribus, continuis com-
 mensalibus praesentibus & futuris, qui
 pensiones aut fructus bonarū Ecclesia-
 stica loco pensionū, vsque ad quamcūq;
 summam & valorem nunc percipiunt,
 aut in posterum pro tempore percipient,
 vt ipsi & eorum quilibet in habitu, &
 tonsura Clericali incedere minimè te-
 neantur. Sed Laicali habitu impune &
 licite vti possint, quo sua munia prom-
 ptius expeditiusq; obire valeant, nec pœ-
 nus in eadem constitutione inflictis sub-
 iaceant, auctoritate Apostolica tenore
 praesentium de speciali gratia concedi-
 mus, & indulgemus. Reliquis autem no-

stris, aut personarum nobis inseruientiū
 familiaribus continuis commensalibus,
 omnibusq; & singulis alijs, tam Clericis
 quam militibus, beneficia fructuum, vel
 bonorum Ecclesiasticorum reservatio-
 nes, ac pensiones obtinentibus, aut in ipsis
 beneficijs, vel ad ea ius habentibus, in Vr-
 be praesentibus, tempus quindecim dierū
 in dicta Const. praefixum, nec dū elapsū,
 ad alios quindecim dies à fine dicto pri-
 mi termini computandos extendimus,
 & prorogamus. Ac demum militibus, tam
 militiarum Canonice institutarum, quā
 Romanae Cur. Officialibus, qui iuxta pra-
 fatam nostram Const. in militari habi-
 tu incedere tenentur, vt vestibus commu-
 nibus, cum insignibus tamen Crucis, aut
 Numismatis sua militia proprijs vti va-
 leant, atque hac ratione ipsius Const. pra-
 cepto, plene satisfacere teneantur, pari-
 ter indulgemus. Eos vero Clericos aut
 milites, quibus pensiones aut fructus bo-
 narū aut pradia Ecclesiastica ad quam-
 cūq; summam reservata, aut reservari
 concessa sunt, vel post hac reservabuntur,
 non aliter ad gerendum huiusmodi habi-
 tum teneri volumus, nisi postquam pen-
 siones, fructus, aut alia praefata cum ef-
 fectu exigere aut percipere ceperint, vel
 per eos steterit, quominus exigant, vel
 percipiant. Decernentes, &c.

Quis autem habitus proprius sit Cle-
 ricorum, nullibi determinatur, vt resta-
 tur gl. fin. in Clem. 1. de elect. Abb. ib. nu.
 fin. nisi quod nimia breuitas reprobatur.
 cit. cap. Clerici. 2. de vit. & honest. Cler.
 quare honestas vestium Clericalium
 ponderabitur ex consuetudine, & non
 cuiusque regionis. cap. si quis vrorum.
 30. dist. iun. gl. v. veste. Abb. in cit. cap. Cle-
 rici. num. 18. Card. in Clem. 2. de vit. &

hon. Cler. Couar. pract. quest. cap. 31. num. 8. Lopez ad Diaz. pract. crim. c. 77. videlicet ne fiat communes cum illis quibus laici & militares in illa regione vtuntur. gl. cit. & alia gl. in cap. Clerici. cit. v. deauratis. Prohibitus est tamen aliquorum vsus expressè. Vt primo vestes viridis & rubei coloris prohibita sunt. cap. Clerici. cit. Cardinalibus tantum S. R. Eccl. ab Innoc. IV. sub Concilio Lugdunensi de anno 1240. concessus fuit galeri & purpuræ vsus. vt testatur Platina in vita illius Pontificis.

Virgulate item vestes seu variata coloribus, sericeæ, fulgidæ & claræ, Clericis prohibentur. 21. q. 4. per totum. Item frena, sella, pectoralia, calcaria deaurata, fibula, corrigiæ auri vel argenti ornatum habentes. Item & annulli, nisi quibus ratione dignitatis est concessum. Clem. 2. de vit. & hon. Cler. Greg. Toloss. partit. lib. 4. tit. 8. cap. 2. Arma itè deferre vnguentis seu odoramentis inungi, barbam vel comam nutrire prohibentur Clerici. cap. Clerici. 23. dist. Sed debent verticem capitis in modum spheræ radere. c. prohibete. dist. cit. ad hoc gl. in Cle. 2. v. & iōsura de vit. & ho. Cler.

Regulariter autem circa cultum corporis seruari debet à Clero, vt illius habitus, neq; sit vilis nimium, neque delictiosus, sed mediocri sublatō excessu sæculari, & retenta dignitate status Ecclesiastici, nam vt Diuus Hieron. ad Eustachii de virginitate ait, neq; affectatæ sordes, neq; exquisitæ delicia conueniūt.

Excusaretur tamen Clericus ab habitu decenti, si propter aliud verisimile periculum transformari cogeretur, vel si propter paupertatē decenter vestire se non posset. cap. Clerici. cit. de vit. & hon. Cler. neque incurreret pœnam præserta Const. Six. V. videlicet priuationis beneficij, vel amissionis priuilegij

fori, si vna vice non deferret habitum decentem, nam ad incurrendam hanc pœnam requiritur perseuerantia, & vt ex tali habitus indecentis vsu communiter existimeretur Laicus. vt notat Prosper. Farinac. in pract. crim. tit. de inquis. q. 8. num. 68. sicut etiam non dicitur quis calumniator, aleator, eo quod exercuerit istos actus vna vel altera vice vt Abb. incit. cap. Clerici. post. Bart. in proem. ff. nu. 10. Nau. in man. cap. 27. nu. 249. In alijs autem indicentijs non expressis in dicta Const. Six. V. vt in illis quas supra enumerauimus. ex c. Clerici. 2. de vit. & hon. Cler. vltra frequentationem actus, requiritur præcedens monitio ad incurrendas pœnas præscriptas; vt non amittit priuilegiū fori Clericus tractās negotia sæcularia, nisi monitus non desiterit. c. Clerici. ne Cler. vel. mon. Abb. ib. & incit. sapius. cap. Clerici. num. 9.

Ad morum honestatem spectat vt Canonici composito ad deuotionē habitu, non vana & prophana intermiscentes colloquia, Diuinis intersint & ad chorū tempestinè conueniant, nec sine rationabili causa ante finē exeant. Et psallant horas Canonicas debito tempore prout tenentur. Clem. 1. de celeb. miss. Abb. ib. nu. fin. de quibus omnibus informari debet Visitator, & defectus quos inuenerit corrigere pro modo culpæ, præsertim si pœna amissionis distributionū quotidianarū contēnatur. Et quidē circa decātionē horarū in choro diuersi modi pro diuersitate particulariū locorum, & diuersæ pœnæ contra negligētes habētur, nec certa regula de illis tradi potest, sed obligatio recitandi has horas siue in choro siue extra chorū, cōmunis est omnibus. de qua Sot. de iust. & iur. lib. 10. q. 5. art. 6. Henriquez in sum. lib. 13. de excom. cap. 13. Tolet. in sum. lib. 2. c. 12. Nau. de orat.

orat. cap. 7. num. 31. Diaz. in pract. crim. cap. 36. quorum omnium doctrina fundatur super Const. Pij V. edita in innovationem Const. Conc. Lateranen. sub Leon. X. & sequitur.

Ex proximo Lateranen. Concilio pia & salubris sanctio emanauit, vt quicūq; habens beneficiū Ecclesiasticū cū cura & sine cura, si post sex menses quā illud obtinuerit diuinū officiū legitimo cessante impedimento non dixerit, beneficiorū suorū fructus, pro rata omissionis officiū & tēporis, suos nō faciāt, sed eos tanquā iniuste perceptos, in fabricas ipsorū beneficiorū vel pauperū eleemosynas erogare teneatur. Verumtamen multorum anni suspensione tenentur cuiusmodi rata predicta ratio sit habenda. Nos huic rei euidētius atq; expressius prouidere volētes, statuimus vt qui horas omnes Canonicas vno vel pluribus diebus intermiserit, omnes beneficij seu beneficiorum suorū fructus, qui illi, vel illis diebus responderent si quotidie diuiderentur, qui verò matutinum tantū dimidiā, qui ceteras omnes horas aliam dimidiā, qui harū singulas, sextā partē fructuum eiusdem diei amittat, tametsi aliquis choro addictus nō recitans omnibus horis Canonicis cum alijs presens adsit, fructusq; & distributiones forē aliter assignatas, sola presentia iuxta statuta, consuetudinē, fundationē, vel alias sibi lucrificasse pretendat. Is etiam præter fructuum & distributionū amissionē, item ille qui primis sex mēribus officiū non dixerit, nisi legitimū impedimentū ipsum excusauerit, graue peccatū intelligat admisisse. Declarantes præstimonias, præstimoniales portiones, & quacūq; alia beneficia etiam nullū omnino seruitiū habentia obtinentes, cū predictis

pariter cōtineri. At quicūq; pensionē fructus aut alias res Eccle. vt Clericus percipit, eū modo predicto ad dicendū officiū parū Beata Maria virginis decernimus obligatum, & pensionum, fructuum, rerumque ipsarum amissioni obnoxium. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrorum statuti, declarationis, & decreti infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare presumpserit indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se noverit incursum. Datum Roma apud S. Petrum, Anno Incarnationis Dominicae, 1571. duodecimo Kalend. Octobr. Pont. nostri anno sexto.

Cæs. Glorierius.

H. Cumyn.

Circa bona stabilia communia Capituli & particularia præbendarū, inquirendū est quomodo gubernentur: Alienatio Canonibus prohibita an aliqua sit facta, limites fundorū quomodo defendantur. Ne locentur ludæis præsertim bona in quibus exercent iurisdictionē in Subditos. cap. nulla. 54. dist. nam locans ludæis, etiam laicus posset excommunicari. cap. constituit. 17. quest. 4.

Neq; debent locari bona Ecclesiastica alicui alteri, nisi ad triennium. extrauag. ambitiosa. de reb. Eccles. non alien. comm. neque anticipatis solutionibus. Conc. Trid. sess. 25. cap. 11. de ref.

Si non fuerit in præterito obseruatū, ordinandum est vt certis temporibus aliqui ex Capitulo deputentur, qui bona omnia tam cōmunia quā particulariura reuideant, & ex eorum relatione, Capitulum quæ viderit corrigenda vel reparanda, illis quibus incumbit sub penis iniungat.

Oecon

Ceconomum an habeant & rationem redituum an singulis annis & quo ordine ab ipso exigantur debet.

Domus etiam Canonicales ne locentur Laicis, vel ne mulieribus concedantur ad habitandum prohiberi debet, praesertim si domus sita sint propè Ecclesiã, seu non ultra quadraginta passus ab Ecclesia. *c. nulli. 12. q. 1. c. sicut antiquitus 17. q. 4.*

33. Priuilegia, scripturæ, libri fundationum, seu actorum Ecclesiæ, quo ordine teneantur & custodiantur quari debet, & ut archiuum separatum pro ipsorum custodia prouideatur, ordinari potest.

Statuta & ordinationes si quas habet Capitulum, Visitator reuideri debet, & cogere potest, ut sibi exhibeantur ad videndum, an aliqua sunt in prohibitis in derogationem superioris. *Bart. in l. sub pretextu. ff. de extraord. crim. Bald. in l. omnes populi. ff. de iust. & iur. & si quæ inuenerit irrationabilia, vel decretis Cõc. Trid. seu Canonibus Sacris contraria, illa cassare & annullare potest, cum Capitulum nil possit statuere sine Episcopo. c. cum consuetudinis. de consuet. Abb. ib. num. 1. Innoc. ib. Anchar. in cap. Canonum statuta. 8. q. princ. praesertim in eis quæ tangunt statutum Ecclesiæ, vel iura Episcopi, licet possint statuere super his quæ eorum res proprias tangunt, dummodo nil statuunt Canonibus contrarium. gl. & DD. in cap. constitutionem. de verb. sig. in 6. Abb. in cap. 1. num. 14. de his quæ si. a maior. par. cap.*

34. Videre etiam debet Visitator, quæ cura habeatur circa necessitates Ecclesiæ, ut paramentorum, fabricæ, & qui sint pro istis prouentus, & num fideliter dispensentur. Si autem non haberentur speciales prouentus fabricæ, vel non essent sufficientes, posset Episcopus cum

maiori vel saniori parte Capituli, etiam contradicentibus, aliquibus statuere, ut quilibet ex Capitulo vna cum ipso Episcopo conferat certam quotam pro fabrica. *cap. fin. de his quæ si. a maior. par. cap. Abb. ib. apud quem videre licet, quomodo imponere possit Capitulum Collectam Canonicis pro necessitatibus Ecclesiæ, vel pro solutione debitorum contractorum in utilitatem Ecclesiæ. & in cap. cum omnes. num. 2. de constit. vbi deducit, quomodo per contractionem vel appellationem possit tolli statutum Capituli latum in præiudicium particularis personæ. & Dec. ib. lect. 2. & quod vnus contradicere possit cum Capitulum statuit quid contra priuilegia. Abb. cit. in cap. veniens. num. 25. de rescrip.*

Ad extremum inquirere debet, an legata si quæ relinquuntur Ecclesiæ secundum mentem testatorum dispensentur, immutari enim non debet voluntas testatoris, nisi per Episcopum de consensu hæredum. *Abb. in cap. cum accessissent. num. 5. de constit. Dec. ib. num. 53. Felin. in c. super his. num. 2. de accusat. Mohed. decis. 124. alias. 1. de iurep.*

• Hinc aduertendum, ut Missarum vel anniuersariorum obligationibus, si ad aliqua adstricti sunt Capitulares, satisfaciant; tenentur enim ad Missas & anniuersaria, siue viuorum siue mortuorum, & alia onera quæ ipsorum antecessores acceptauerunt, si Legatum pro quo illa onera fuerunt suscepta, celsit in utilitatem Ecclesiæ ipsorum, *ad hoc Butr. in cap. significatum. num. 12. de preb. Abb. ib. num. 7. & tanto magis tenerentur ad ista onera, si appareret consuetudo per eorum antecessores obseruata eadem onera adimplèdi, ut fuisse decisum in Rot. Rom. in vna Pampilonen. 16. Nou. 1588. coram Comitulo testatur Genuen. in prax. c. 56.*

Et cir.

Et circa eadem anniuersaria uiliter adhuc notari potest, quod sicut Missarum numerum reducere potest Episcopus ex iusta causa ad minorem numerum, seu aliter de illis disponere facultate sibi concessa à Conc. Trid. sess. 25. cap. 4. de ref. ita & anniuersaria reducere possit, si sublit par ratio, ut patet ex rescripto S. Cong. Conc. relato apud Quarana. supra cit. v. Missa. in hæc verba.

Per Illustri ac Reuerendissimo uti
Fratri Domino Archiep.
Neapol.

Per Illustriss. & Reuerendiss. Domine.
Cum ex libello hoc Capituli istius Cathedralis nomine oblato, cognitum esset

Illustriss. Cardinalibus, qui Sacra Trid. Concilij decreta interpretantur, dubitari abs te, an eiusdem Conc. decretum. sess. 25. cap. 4. intelligatur etiam de anniuersarijs. si Amplitudini tuae significandum censuerunt, decretum prædictum in Sacrorum etiam anniuersariorum reductione locum habere, ut in margine ipsius libelli adscriptum est. Quamobrem ampl. tua præfati Canonis facultate in casu proposito uti non dubitabit, & bene in Domino valebit. Roma die 26. Nouemb. an. 1583.

Ampli. Tuæ uti Frater.
Philip. Boncomp. Card. S. Six.

ARTICVLVS III.

De Visitatione Parochialis Ecclesie.

- P**arochi officium quod sit.
- 2 Parochiarum limites ubi non sunt distincti, distinguere debet Episcopus.
 - 3 Prædicare uerbum Dei tenetur Parochus.
 - 4 Episcopus non potest prædicare in aliena Diocesi sine licentia Ordinarij.
 - 5 Requisita in prædicando.
 - 6 Conceptio B. M. V. quomodo asserenda in Concionibus.
 - 7 Miracula noua non publicanda, nisi prius examinentur per Episcopum, & quomodo examinanda.
 - 8 Parochus tenetur doctrinam Christianam explicare pueris.
 - 9 Medicus Iudeus non potest curare Christianos.
 - 10 Parochus celebrare tenetur Missas frequenter.
 - 11 Clericus pauper, quando possit licite accipere mercedem pro oper. spiritualibus.
 - 12 Missa non potest celebrari in domibus priuatis, etiam de licentia Episcopi.
 - 13 Episcopus an possit celebrare in loco non sacro extra propriam Diocesim.
 - 14 Oratoria quomodo concedi possint per Episcopum.
 - 15 Missæ quando possint celebrari plures eodem die.
 - 16 Ritus ab Ecclesia præscripti circa Diuina, necessario seruanda.
 - 17 Ritu Græco Latine celebrare non potest, nec econuerso.
 - 18 Missa quo tempore celebrari debeant.
 - 19 Officium Diuinum recitari debet iuxta Romanum Breuiarium.

I

20 Missam